



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXIII. De his qui more gentilium viuunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

bunt. Virgines autem puellas, quæ tamquam forores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum confortio prohibemus.

XX.

Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

XXI.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant; sed & de his quæ agunt secum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio est, vsque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur.

XXII.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter se submittant. Circa exitum autem vitæ, communionem digni habeantur. Eos vero qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociavit secundum gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio, quinquennii tempus tribuit.

XXIII.

Qui auguria vel auspicia, siue somnia vel diuinationes quaslibet, secundum morem gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut vt domos suas lustrent; confessi, quinquennio pœnitentiam agant, secundum regulas antiquitus constitutas.